

PRIMA DIE NON IMPEDITA POST IV. JANUARII.

IN FESTO

## SANCTI TITI EPISCOPI CONFESSORIS.

Missa *Statuit de Comm. Confessoris Pontificis.*

*Praet. orat. seq. et Evang.*

### ORATIO.

**D**eus, qui beatum Titum Confessorem tuum atque Pontificem apostolicis virtutibus decorasti; ejus meritis, et intercessione concede, ut juste et pie viventes in hoc saeculo, ad coelestem patriam pervenire mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.

*Et fit Comm. feriae in Quadrag.*

**E**vangelium: *Designavit Dominus, de Commune Evangelistarum.*

DIE V. FEBRUARII.

IN FESTO

## SANCTORUM VIGINTI SEX MARTYRUM JAPONENSIVM.

Missa *Sapientiam Sanctorum de Communi plurimorum Martyrum praeter Orationes sequentes.*

### ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, qui ad tui imitationem pro Crucis supplicium primitias fidei apud Japoniae gentes in Sanctorum Martyrum Petri Baptiste, Pauli et Sociorum sanguine dedicasti, concede quae sumus, ut quorum hodie solemnia colimus, excitemur exemplis. Qui vivis et regnas.

### SECRETA.

**S**uscipe Domine munera, quae in Sanctorum Martyrum tuorum Petri Baptiste et Pauli cum Sociis solemnitate deferi mus, et da nobis famulis tuis, ut eorum meritis in confessione tui Nominis stabiles inveniri mereamur. Per Dominum.

## POSTCOMMUNIO.

**D**eus, qui Crucis Mysterium in Sanctis Martyribus tuis Petro Baptista et Paulo cum Sociis mirabiliter illustrasti, eorum, quaesumus, meritis et in-

tercessione ita nos per gratiam tuam in fide et charitate confirma, ut nullis a te tentationibus separemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.



DIE VII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO

BEATAE BRONISLAVIAE MONIALIS  
PRAEMONSTRATENSIS.Missa *Dilexisti de Communi Virginum,**praeter Orationes sequentes.*

## ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, qui humili crucis tuae sequela ascensiones ad te disposuisti, concede propitius, ut exemplo B. Bronislaviae, cuius vene-

randam celebramus festivitatem, post praesentis vitae aerumnas gloriae tuae participes esse mereamur. Qui vivis et regnas.

## SECRETA.

**V**irginis tuae Bronislaviae, precibus, Domine Jesu Christe plebis tuae dona sancti-

fica: ut quae tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Qui vivis.

## POSTCOMMUNIO.

**P**raesta, quaesumus Domine Jesu Christe, ut cuius memoriā sacramenti participa-

tione recolimus, virtutes quoque proficiendo sectemur. Qui vivis.

